



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 7. Plures ob Jansenismi suspicionem in Galliis relegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

fatum, ut anno sequenti memoramus, tulit Instructio Pastoralis Archiepiscopo Cameracensi die quarta Augusti edita:

Insuper Carolus Gabriel de Levis Antiffiodorensis Episcopus tam Apostolicis decisionibus obedientiam strenue urgebat, sed propterea Gianensi Parocho opprobriis, ac lestis horrendum in modum vexabatur. Sub idem ferme tempus P. Caesarius Parochus ad S. Medardum Parisius tinaci cuidam Appellanti mortalia Sacramenta administrare recusat, mox vero Parlamentum irabientur, & Parochum severo mulctato, quod tamen Regius Senatus posito decreto nullum irritumque clarabat, frustra reclamante Parlamento. Ita nempe tunc omnia in confusionibus plena, ubi quocumque Tribunal adversus alterum suam auctoritatem augere, ac extendere potest, dum unumquodque continua collata propriam imminuit.

§. VII.

Diversi ob Jansenismi suspensionem in Galliis relegati.

Ea tum in Galliis erat rerum confusio, ut quamcunque viam quis appetisset,

ret, vel Regis, vel Parlamenti vel Epi-^{Sæc. XVIII.}
scoporum indignationem incurreret; ^{A. C. 1734.}
vexantur Constitutionis vindices æque
atque Appellantes; supprimuntur illo-
rum scripta, apologiæ, & Pastorales
Instructiones, & non raro ad inferen-
dam his molestiam valuit violati silentii
prætextus; hi autem ab Episcopis exā-
gitantur, a Parlamenti commendantur,
nisi ipsis aliisque ad simulandam
erga Regis mandata obedientiam utilis
& opportuna videretur horum quoque
insectatio. Id funesto satis fato experti
sunt septem doctrina & eruditione Viri
longe celeberrimi ex Congregatione
S. Mauri, scilicet P. La Vie, Pruden-
tius Maran, qui nova S. Justini Mar-
tyris editione, aliisque doctis lucubra-
tionibus celebre sibi nomen compara-
bat, Martinus Boucquet Bibliotheca-
rius, Ursinus Durant Gallix Christia-
næ Continuator, Maurus D'Antine,
qui novæ editioni Du Cangii utilem
navavit operam, Felix Oudin & deni-
que Nicolaus de Le Bar: Hi acceptis
Regis literis ex Conventu S. Germani
de Pratis in varia monasteria emigrare
juebantur, eo quod in odiosam inci-
dissent suspicionem, perinde ac si Con-
stitutioni *Unigenitus* obsisterent. Pro-
gressu tamen temporis, vel detecta ho-
rum innocentia, vel cognitis, quæ ex

Hh 2

lii-

Sæc. XVIII.

A. C. 1734.

intempestiva hac severitate timescentibus, gravioribus periculis unquam revocati fuere. Ceterum fanatici Jansenistarum æstus in tantam degenerabat insaniam, ut corpus Parisiense sui Thaumaturgi anno priori ultimum ad parvam suam Ecclesiam transferri machinarentur: ast non sine tantis discrimine a vesano hoc molimine præpediti fuere.

§. VIII.

Concertationes literariæ.

Divulgabantur hoc anno varii libri circa quæstiones theologicas, quibus ultro citroque disputandi libertatem certa Universalis Ecclesiæ definitio nondum ademerat; illius ævi contentiones, indeque exortis periculis scribendi sentiendique liberius eruditius ampliorem aperuerat campus quippe occasione Bullæ Unigenitæ ardentius agitabatur, quam quæ de infallibilitate Pontificis, quam immodice efferebant, alii ad intermedium & pene ad nihilum deprimebant: per hanc viam ingredi sibi videbatur Hieronymus Serry ex FF. Prædicatorum Ordine Theologus Reipublicæ Venetianæ ac in Academia Patavina Primarius S. Theologiæ Professor ac Magister